

B. h. II, 338.  
f. 65, 26.

(X187 6406)

PK  
1454

Q. D. B. V.

DISPUTATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA.

DE  
**RENOVATIONIBUS**  
**BANNORVM,**

*vulgò*  
**Bann-Erneuerungen /**

*Quam*  
Ex Decreto

Magnifici, Amplissimi, & Consultissimi JCtorum  
Collegii, in illustri Patriæ Universitate,

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque jure honores & privilegia

DOCTORALIA consequendi

*Solenni eruditorum examini submittit,*

**FRIDERICVS Wieger / Argentoratensis.**


d. 2. mens. April.

*Bart. in fin. l. quo minus 2. ff. de flumin.*

*Hac, que dicta sunt, si vera sunt, placent: si quid autem minus bene dictum est, rogo  
Te, Lector, secure redarguas, mihi enim satis est, si praesens scriptura animum  
legentis incitet ad veritatis indaginem.*

---

ARGENTORATI,  
TYPIS JOHANNIS WELPERI.



ILLVSTREM  
AVGVSTÆ ET LIBERÆ  
SACRI ROMANI IMPERII REIPUBLICÆ  
ARGENTORATENSIS  
MAGISTRATUM,  
VIROS

GENEROSISSIMOS, PERQVAM STRENVOS,  
MAGNIFICOS, NOBILISSIMOS, AMPLIS-  
SIMOS, CONSULTISSIMOS, PRU-  
DENTISSIMOS,

PATRIÆ PATRES  
*INCLYTOS, BENIGNOS, PIOS, FELICES,*

Hoc qualicunque ingenii sui fœtu,

tanquam

*Gratæ mentis indice,  
Studiorum suorum documento,  
Perennis obsequii teste,*

humillimè veneratur

Cliens subjectissimus

Fridericus Vieger / Argentor.

42.6



C. F. N. D. N. F. C.  
De  
RENOVATIONIBVS BANNORVM,  
*vulgo*  
Bann - Erneuerungen.

Proæmium.

 **M**nis probatio, quæ definient Bachovio , est rei dubiæ apud judicem facta ostensio , dividitur in artificialem , quæ ex ipsâ causâ, argumentis & judiciis trahitur : & inartificialem , quæ extra causam accipitur : quarum hæc vel per testes, vel per instrumenta fit, *arg. l. 2. C. de testib. l. Emancipatione 2. C. de fide, Instrument.* Instrumentorum vocabulum vel late sumitur , & comprehendet etiam lapides finales , & talia reliqua , quibus causa instrui potest , *arg. l. 1. ff. de fid. instrum. Weissemb. π. §. 1. eod.* vel strictè , & hoc sensu , instrumenta sunt scripturæ facientes fidem rerum, quæ in illis continentur. Suntque , docente Mejero in *C. J. A. thes. 3. de fid. instrum.* vel publica , vel privata.

Ff 2

Ad

Ad publica referuntur inter alia, scriptura censualis, arg. l. censu ro. ff. de probation, libri forestorum, die Forstbücher / nec non die Rechtsbücher / Saal- und Steuerbücher / C. J. A. c. thes. n. (3.) Nos in eorum numero habemus etiam libros s. protocolla Renovationum, die Erneuerungs Protocoll und Bücher/ si modo cā , quā decet, formā fiant. Conficiuntur autem hi ex diligent & solenni inquisitione, & descriptione certi alicujus districtus, ubi tam ipse locorum situs, & confinia, quam cujuslibet in iis ius, quod vel habet, vel prætendit, delineatur. Quam descriptionem, Renovationes bannorum, vulgo Bann - Erneuerungen nominamus. Atque hæ sunt, de quibus, post exantlata nuper publica examina, pro consequendis in utroque jure summis honoribus, aliquas theses ad ventilandum nunc propono. Nimirum, cum inter alia disputationū argumenta, etiam hoc se obtulerit, illud præ reliquis cōlubentius apprehendere & tractare constitui, quo magis ipsum commendat quotidiana ejus utilitas. Sed quid laudo rem encomio non egentem ? potius est, ut rem ipsam aggrediar, si prius unicum hoc dixero, sine ductore à recto aberrare facillimum esse. Quicquid autem fit, quid tandem juveni poterit tentare nocere ? Tu modo

*Annue, Magne DEUS, feliciter annue cæptis !*

### Caput Primm. Continens generalia.

#### THEISIS I.

Ordo Tract.

**D**E O duce initium faciens, eo procedam ordine, ut renovationes considerandas proponam, ut instituendas, & ut institutas. Instituendas con-side-

siderabo prius breviter per generalia , indicando , cum quid nomen , tum quid res significet , capite hoc primo. Deinde fusius , explicando originem earundem , capite secundo. Inde , quis renovationes instituat , & per quos , capite tertio. Postea , in quibus rebus , cap. quarto. Tum , quomodo , cap. quinto. Deniq; , quo fine fiat , vel fieri debeat , in principio capituli sexti. Institutæ explicandæ erunt , ratione effectuum , cap. sexto ratio ne contrariorum , cap. septimo , & affiniū , cap. octavo & ultimo.

Th. 2. Vocabulum *renovationis* à præpositione re , quæ per apocopen à retrofacta esse videtur , & nomine Novatio , ( quod planè alio sensu Jctis alijs denotat transfusionem prioris debiti in aliam , vel civilem , vel naturalem obligatio nem , hic autem nobis innovationem potius , vel restauratio nem ) compositum esse , quilibet videt. Occurrit tum apud alios authores , tum etiam in jure nostro sæpius. Exempla quædam sunt , in l. dies 4. pr. ff. de damn. infect. l. si unus. 27. §. pætus 2. vers. quod si ff. de pæt. l. Iurisgentium 7. §. adeo 6. v. quod cum ff. eod. l. grege 13. pr. ff. de pignor. l. divus severus 40. ff. de jure dot.

Etymol.

Th. 3. Variæ autem in variis locis sunt hujus vocis usurpationes : nam I. renovare aliquando idem est , quod mutare , ut in l. grege 13. pr. ff. de pignor. ibique Gothofred. lit. l. Et alibi renovari id dicitur , quod finitum est , protelari , quod adhuc durat , in l. dies 4. pr. ff. de damn. infect. l. sed si manente 5. ff. de precario. Quo sensu processus dicatur renovari in Ordinat. Cameral. p. 3. tit. 39. de eo potest videri Roding. Pandect. Cameral. l. 3. t. 37 §. præterea p. m. 774. De renovatione investituræ multa agunt feudistæ. Renovationem mentis , appellat Paulus ad Roman. cap. 12. v. 2. mutationem pravæ voluntatis & vitæ. Præterea renovare interdum significat ex libris censualibus , æstimis , aus denen Saal- und Uribar-Büchern / aliisque ad bonorum descriptionem pertinentibus indicibus scriptisque testimoniis , vetustate aliisque incommodis corruptis , vel corruptioni proximis , novam descriptionem facere , veterumque possessorum bonorum , eorumque affinium nomina cum novis mutare , & sic vetus & obsoletum renovare,

Homon.

Ff 3

is-

isque est proprius hujus loci sensus. Ubi tamen non excludimus eum casum, quando Dominus territorium, vel bona sua, olim nunquam conscripta, ubique facit per vestigari, colligi, atque in unum corpus & librum inscribi, porro in registratura vel archivo, ad faciendam fidem, & perpetuam rei memoriam servari. Et ab hoc verbo est verbale Renovatio, quod non tantum ipsum renovandi actum denotat, ut in titulo nostrae dissertationis; sed usitatissime quoque pro renovationum descriptionibus, seu libellis accipitur, quod in nostris thesibus quoque passim observare licebit.

Th. 4. *Bannum*, Latinis neotericum & nuper inventum vocabulum esse, inquit Oldendorp, rem autem antiquissimam: nec latinum, sed barbarum, ait Gail. l. 2. c. 1. de pace publ. (forte à Germanico *Ban* sive *Bañ* desumptum) significat (1) usitatissimè proscriptionē, die *Acht*/de quo vid. Wehner. Obs. Pract. lit. A. voce *Acht* Speid. Spec. voce *Bann*. (2) Confiscationem, qualis acceptio videtur esse in *authent.* item nulla C. de Episc. & Cleric. ibiq, Gothofred. lit. I. (3) Citationem, de quo vid. Cujac. in comment. lib. I feud. in præfat. (4) viam publicam, semitam. (5) judicium sanguinis sive criminale, vulgo der Blutbann Halsgericht/ Wehner Obs. Pract. lit. B. voce *Bann* (6) trinas illas proclamationes futuri matrimonii, vulgo Aufgebot / Aufruffung / de quibus in c. cumin Tua X. de sponsal. & c. fin. X. de clandest. de sponsat. vid. Rittershus. diff. jur. Civ. & Can. l. I c. I. §. sponsalia definiuntur. (7) secundum jus Saxonum *Bannum* idem esse, quod jurisdictionem secundum jus Romanum, docet Ruding. sing. observ. 53. pr. (8) idem, quod publicum, hinc Gallis a bandoner idem est, quod pro derelicto habere. Besold. Thes. Pract. voce *Bannum*. (9) pœnam, ut ex Lehmanno Besoldus l. c. & in Legibus Longobardorum pœnam solidorum 60. Calvin. Lex. voce *Bannum*. vel totidem iustum Speidel. l. c. (10) signum, ingressum in alterius fundum cohibens, si e. g. in limitibus s. terminis fundi vel prati crux vel aliud simile ponatur. Speid. l. c. (11) bannire veteribus Germanis idem fuisse, quod jubere & sancte tradit Oeting. de jur. lim. l. I c. 8. lit. e. in ex. (12) interdum idem quod capere, prehendere, & ut Galli dicunt arrestare Clement. I. pr. de

**pr. de pæn.** Nos hic (13) bannum, einen Bann appellamus territorium, districtum, fines; ut hanc vocem explicat Bitschius in notis Manuscriptis ad Wehner. **Observe. voce Bann.** Cum quo videtur convenire id, quod tradit Besold. l. c. ubi ex Lazio Vienam, olim Vendo-bonnam fuisse dictam, quasi der Benden Gebiet und Bann / Ratisbonam, q. Rhætoboniam, Prætorium Rhætorum.

**Th. 5.** Designantur Renovationes bannorum in renovationum libris variis nominibus, e. g. dicuntur, renovationes simpliciter, revisiones, renovaturæ, Germanicæ, Güterbereinungen / der Umbgang vel Undergang / item Erfrischungen, Erfundigungen und Beschreibungen eines Orths, Verneuerungen / Wieder-Erneuerungen. Nec male forsitan, certo nimirum respectu registraturæ; item restaurations, redintegrationes, sed hæc non tam in usu.

**Th. 6.** Describuntur, quod sint: Publicæ & solen. Descriptio, nes agrorum alicuius territorii, omnium & singulorum, perve-  
stigationes; eorum cum finibus, finitimorum possessoribus & juribus descriptiones; atque in protocollum ad faciendam fidem, perpetuamque rei memoriam relationes.

**Th. 7.** Dispertiri possunt I. in antiquas & novas. **Divis.** Nam cum, ut infra dicetur, propter utilitatem suam repetendæ sint saepius, hinc necessè est fieri, ut altera sit vetustior, recentior altera. Deinde, aliæ videntur esse Generales, aliæ Speciales. Illæ sc. quando Princeps, Comes &c. per totum suum principatum, vel comitatum universalem aliquam revisionem instituat, inque singulos pagorum districtus inquirat, quod in Episcopatu Argentinensi ante aliquot annos institutum fuisse, patet ex renovationum libris, ibi: in allen dero selben angehörigen Hohen Stifts Straßburg Vorremsäigkeiten / eine Universal Güter-Berein- und Erneuerung vorgehen zu lassen sc. hæ, quando unus aliquis districtus renovatione comprehenditur, quod per aliquot annorum spatia in Alsatiâ nostrâ, præsertim in locis comitatus Hanoviensis, saepissime factum testatur experientia. Porro, cum variè in variis locis soleant institui, videatur distinguendum esse, inter eas, quæ accurate, & quæ minus accu-

accuratè sunt institutæ ; & hinc IV. inter eas, quæ plenam fidem  
merentur, & quæ non. Quæ restant ex ipsa tractatione facile  
patebunt.

## Caput Secundum.

### De Origine Renovationum.

#### THESIS I.

De Utile  
Renovatio  
num.

**R**enovationes, uti verisimile est, introduxit Utilitas homi-  
num, & Necessitas, tam publica, quam privata. Illa, nam-  
que maximum ex renovationibus ad ipsam rem publicam redun-  
dat commodum. Sicut enim, ut ait Speidel. *Specul. voce Regi-  
stratur / jura æque principis, ac communitatum tueri ac conser-  
vare non potest officialis, si ea ignorat : ita è diverso ignorantia  
hæc removetur, si summâ cum diligentia & fide ea registrantur,  
conscrabantur & renoventur, durch Haltung und anstalt fleißi-  
ger Registratur- und Renovaturen / add. Lindenspür ad Ordin-  
nat. Württemberg. ad fol. 16. p. m. 34. n. 1.*

Th. 2. Deinde, quoniam belli tempestatibus, colonis  
& rusticis è villis pagisque pulsis, agri jacent deserti & inculti,  
unde dominus territorii carere cogitur decimis, contributioni-  
bus, & collectis, aliisque utilitatibus, alias inde provenienti-  
bus, optime huic malo consultum est, institutâ diligentî inqui-  
sitione & descriptione agrorum, quâ factâ, facilius ad agros re-  
dibunt coloni, utpote vacui illo metu, ne tanquam possessores  
rerum alienarum à supervenientibus veris dominis, ex agris ab  
ipsis consitis, cum jacturâ laborum & sumtuum, iterum pel-  
lantur.

Th. 3. Allecquis ita rusticis, promovetur agriculturæ  
studium, quod summopere commendatum à Klock. de Ærar.  
*lib. 2. c. 1. n. 31.* dicente inter alia, nullam partem territorii ma-  
nere debere incultam, *add. Lather. de censu l. 3. c. 5. n. 5.* &  
agrum tanquam fundamentum, quo innitatur reipublicæ ma-  
china, non negligendum, consentit Besold. *de Ærar. c. 3. n. 5.*  
Lindenspür. *d. tr. p. 164. fin. & seq. Lather. d. l. n. 53.* Bene!

ne-

neglectâ enim agriculturâ magnum respublica damnum sentit l. I. & l. 3. C. de defens. Civit. Et sicut  
neglectis urenda filix innascitur agris:

Horat. I. Serm. Sat. 3. sic exēctis filicibus condenda vel ex sterilibus agris messis provenit. Hujus rei momenta & rationes etiam magnorum regum principumque exemplis illustrat Obrecht. tract. von verbesserung Land und Leut tit. II. §. 13. & seqq. Oeting. c. tr. lib. I. c. 10. n. 18. Quanto etiam studio Imperatores veteres, agros desertos fructiferos efficere conati sint, immunitatibus, privilegiis ad eos colendos, subiectos suos cohortando, id apparet ex tit. 58. lib. II. Cod. & seqq. vid. Perez. in Cod. d. t. §. 3.

Th. 4. Privata Utilitas est tam ipsorum dominorum, quam colonorum. Et dominorum quidem in eo, cum, ut facile accidit, ob diuturna belli incommoda, prædia per multos annos jacent inculta, vel ob frequentem fugam, pestem, aut mortem incolarum, possessores ac dominos suos, si non planè amittant, incertos tamen reddunt, cum primis ubi spatia agrorum ampla, ac longè lateque patentia sint. Unde postea, celsantibus fortè turbis bellicis, prædia ista in aliorum rapaces manus devenire solent, qui possessores clandestini facti, possessionem vel suppressimunt, vel dominium sibi iniquè adserunt. Huic incommodo optimum, ex tabulis publicis remedium, instituta novâ agrorum descriptione seu renovatione, peti potest, fundorumque dominia hactenus ob infelicitatem temporum incerta facta, facile certiora redi possunt, ut disertis verbis docet Dn. Fritsch. Tr. de district. Universit. agrorum civit. vel pagi, vulgo Flurrecht cap. 4. §. 2. in quam rem etiam quotidianam præxinx testem invocat.

Th. 5. Colonorum commodum, jam supra in fin. thēs. 2. indicatum, est, ut ipsi agros ipsis locatos, vel alio pacto concessos, securè colant, proscindant, conserant, fructuque inde nascente, sine ullius contradictione, fruantur, si modo, quod inde, vel domino territorii, vel proprietatis debent, pendant. Cum è contra, intermissâ frequenti renovatione, perpetuo metu solliciti esse debeant, ne alias quispiam potiore jure nisus, immodicum ipsorum sudorem, cum ipsis agris vindicet,

G g

Th. 6.

Th. 6. Apparebunt hæc clarius, si inspiciantur ipsi renovationum libelli sive extractus, ubi harum & aliarum causarum expressè mentio fieri solet, verbis ferè sequentibus: **Wir Schultheiß und Gericht des Dorffs G. bekennen und schenken / hiemit offenbar / als in der langwirigen Reichs-Unruh die Graffschafft. H. nicht allein an Mannschaft dergestalt entblößet worden / daß in theils zuvor wobewohnten Orthen nicht einiger / und theils Orthen etlich wenig Underthanen übrig verblieben / sondern auch die Feldgüther / von Acker / Wiesen / Reben / und andern in gänzliche Verösung und solche Confusion gerathen / daß keines von dem andern mehr zu unterscheiden gewesen / derowegen der rc. auf diesen und andern mehr erheblichen Ursachen / eüsserst sich angelegen sein lassen / wie vermittelst einer allgemeinen renovatur allem eingerissenen Unwesen abgeholfen / Zank und Streit auffgehoben / und einem jeden zu dem seien verholffen werden möge rc.**

**De Necessitate.**

Th. 7. Nec tantum utilitas suasit, sed & necessitas jussit ac ursit renovationes institui. Notum enim est, quam imperite partim, vel male veterum libri censuales, & similes, die alten Saal-Urbar-Güter- und dergleichen Bücher / & quam parum secundum leges facti fuerint; unde, nisi confusione certò inde oriundæ, salutari consilio obviam itum esset, eventurum erat, ut parvo pòst tempore domini suis juribus privarentur, vel subditi sua bona amitterent.

Th. 8. Deinde, notum est etiam, quam innumerabiles post longum tempus in agris oriri possint controversiae, per mutationem vel possessorum, vel terminorum, vel ipsorum agrorum. Nam hæ mutationes non tantum ipsum agrum, in quo fiunt, reddunt minus cognoscibilem, sed etiam vicinos, quippe cum ex vicinis, tam ratione situs, quam possessorum probatio desumi soleat. Dicamus de singulis paulò plura.

Th. 9. Possessorum mutatio fit vel inter vivos, contractu, vel per testamentum, vel successione ab intestato. Inter vivos alienare fundos, vetitum erat, non tantum Judæis, sed etiam, certis casibus, Romanis. Et, teste Bodino, reliquarum Gentium omnium, exceptis Atheniensibus, & Romanis, una lex erat, ne prædia testamento legare liceret. Verum eti-  
iam-

iam si tam testamento, quam inter vivos alienare fundos, esset prohibitum in universum, tamen etiam ab intestato successio, sua quoad hanc rem, habet incommoda, arg. l. 2. C. fin. regund. Consultum est autem, ( ait Wehner. Obs. Pract. lit. R. voce Registratur / Renovatur ) daß alle 10. oder 12. Jahr / die Zins-Gülti-Lager-oder dergleichen Bücher / propter nova nomina, & mutatos possessores bonorum renovirt werden / prout in magnorum Dominorum registraturis fieri solet.

Th. 10. Termini, iique tam agrorum singulares, quam districtus alicujus publici, mutantur, & confunduntur, vel temporum vetustate & injuriâ, vel hominum pravitate & malitiâ, aut negligentia, item belli tempestatibus, aliisque casibus, ut docet Dn. Fritsch. Tr. cit. c. 2. §. 4. & c. 6. §. 1. Oeting. d. tr. lib. 2. c. 1. Imò etiam aliquando consensu ipsorum confinium, ut casus est in all. l. 2. C. fin. regund.

Th. 11. Ipsi denique agri mutantur, e. g. ager in vineam, pascuum in agrum atrum. Et hoc liberum esse dominio ( etiamsi alter jus, veluti decimas, in fundo habeat ) neque posse eidem objici, nunquam id fuisse factum, aut longâ possessione id juris obtinuisse, propterea, quod mutet speciem frumentum & agriculturam, docet Perez. in Cod. lib. 11. tit. 60. de pasc. publ. n. 8. & 9. arg. c. 30. X. de decimis. Item mutantur agri, si fuerint inundati, ut est casus in l. 23. ff. Quibus mod. Vsusfr. amitt.

Th. 12. Hisce casibus, cum aliter evenire vix possit, quin orientur lites & jurgia, uti dictum est, quippe quibus agrorum demonstratio & probatio difficultior redditur, hæc difficultas tollitur, per accuratam & frequentem renovationem, quâ agrorum quantitas, qualitas, possessio, confinia, &c. tot circumstantiis delineantur, & per tempestivam repetitionem memorie hominum ita imprimuntur, ut non possint non esse noti.

Th. 13. De tempore inventarum Renovationum, De Tempore, quamvis accuratissimâ demonstratione aliquid definiri vix pos- pore, sit, conjecturare tamen licebit, antiquas illas non esse, sed restauratâ demum, post triginta annorum cruentas patriæ nostræ vastationes, pace, moribus introductas; cuius fundamentum esse, in iis, quæ supradict. 6. allegata sunt, & hanc sententiam

fovere Geneross. Dn. à Seckendorff in addit. E. Fürst. Stats  
c. 2. fin. §. 10. p.m. 38. videri potest, afferens : inter alia irrepa-  
rabilia damna, per tricennale illud bellum, Germaniae illata.  
etiam hoc non spernendum esse incommodum, quod in pluri-  
mis locis, in quibus per aliquot annos vici pagique, vel in to-  
tum, vel magna ex parte vastati, & vacui, agrique jacuerant in-  
culti, conciliatâ tandem pace, in suo ordine non potuerint in-  
veniri, nec subditio noviter recepto demonstrari, qui agri ad  
quælibet bona pertineant : inde toti ferè Germaniae negotium  
factum esse, in renovandis libris ed facientibus, aut ut verba ibi  
habent, die Erb- und Saal- oder Lager-Bücher der Aempter  
und Herrschafften / wie auch die Fluschr- und Marchungs-Bücher  
der Flecken / Dörffer &c. zu erneueren.

### Caput Tertium.

## Quis Renovationes instituat, & per quos.

### THESIS I.

**Quis reno-**  
**vat: instituat,** **R**enovationes instituere vel solent, vel possunt, non tantum  
Principes, Comites, Barones &c. qui plures vicos & pa-  
gos, eorumq; districtus & territoria jure dominii vel possessionis  
tenant; sed quoque respublicæ & civitates, item nobiles; &  
quicunque denique vel unius saltem, aut alterius districtus vel  
territoriū dominus aut justus possessor est.

Th. 2. Hic oritur quæstio, quid si duo vel plures ter-  
ritorium vel districtum aliquem communem habeant, an unus  
etiam sine reliquorum consensa renovationem instituere pos-  
sit? Et videri potest, quod sic: societatem enim, quoddam  
quasi tacitum mandatum inducere, ita ut socius utiliter rem  
gerens, in causa etiam socii tacitum quoddam mandatum habe-  
re censeatur, docet Bartol. Glos. & Dd. in l. nemo ex sociis 68. ff.  
*pro socio.*

Th. 3. Sed an etiam illorum, qui bona in aliquo ter-  
ritorio possident, vel etiam finitimorum aliquâ opus sit appro-  
batione? scrupulum alicui movere potest, quod his facile præ-  
judi-

judicium pariat, imò & partim illorum sumtibus ( ut ex postea dicendis apparebit ) fieri soleat renovatio. Huc faciunt verba, in renovatione pagi cujnsdam in diœcesi Episcopatus Argentoratensis siti, ibi : welches bald darauff durch gesamte Ver einstnd zu Straßburg in dem Bischoflichen Hoff verordnet/ und beschlossen worden.

Th. 4. A privatis non posse institui , cum ex ipsa descriptione , superius c. I. traditâ, tum ex th. hujus cap. prima patet. Nec est, ut quis arg. in l. finalibus 11. ff. fin. reg. in contrarium uti conetur, ubi etiam fines arbitrio possessorum variari posse traditur. Namque R. neque argumentum à diversis benè procedere, neque hodiè multorum locorum moribus id amplius concessum esse.

Th. 5. Utuntur autem ad hanc causam Principes, Co- Per quos. mites , & reliqui, qui renovationes instituunt, plerumque mi nisterio atque operâ Sculteti , qui præest pago renovando, reli quorumque vel Scabinorum , vel aliorum senum fide dignorum , & præcipuè commissarii seu renovatoris , quod patet ex plerisque renovationum libellis , in quorum exordiis hæc vel talia legi solent verba : neben dem darzu verordnetem Commis sario, durch Schultheiß/ und denen darzu geschworenen Gerichts schöffen. De primo & ultimo nunc pauca trademus, de reliquis infra, ubi de testibus egerimus , erit commodus dicendi locus.

Th. 6. Scultetus, seu Schultheiß / aut Schulz quis sit, De Sculteto quomodo differat ab eo , qui vocatur Heimburger / quomodo constituatur, quodque sit ejus officium, quænam & quam varia in variis locis potestas, integris tribus capitibus tractat Dn. Fritsch. in tr. de jure pagi c. 10. 11. & 12. in quorum ultimo §. 2. n. 7. inter ejus officia etiam hoc recenset, ut finium & li mitum, præsertim eorum, quæ sunt universitatis agrorum, des Dorffstuhrs / curam habeat, quotannis eos inspiciat, turbatos que restituat, quod etiam in Alsatiâ moris esse , testantur ordinationes Scultetorum. Hinc cum fieri vix possit, quin situatio num & districtus accuratam cognitionem , in renovationibus necessariam habeat, hæc quoque cura meritò ei demandatur.

Th. 7. Officium ejus & potestas in renovationibus in eo præcipue consistit, ut intersit renovationi, ut diem statuat,

ciret, curet ut ordinationes pagi, die Dorff-Ordnungen obser-  
ventur, ut evitentur rixæ, & quæ sunt talia.

Th. 8. Quæstio est, an Scultetus, inscio suo domino, animadvertisens sc. renovatione omnino opus esse, proprio motu eam instituere possit? Pro affirmativâ pugnat non solum ratio officii eiusdem, quoniam agrorum cura ei incumbit, sed etiam maxima utilitas, quæ ad suum principalem inde redundat. Pro negativâ, quod hoc videatur esse majoris momenti, quin in Sculteti arbitrio esse debeat. Potest enim facilè hinc, vel territorii vel proprietatis domino aliquique possessori maximum fieri præjudicium.

Th. 9. Non autem committitur hoc munus Sculteto, nisi jurato; in quo tamen egregiam reperimus differentiam. Alibi enim Scultetus tantum sub admonitione juramenti, quod semel, vel ratione officii sui, vel ratione subiectionis Principi suo præstitit, admittitur, unde in renovationibus: bei pflichten und Aiden / damit besagte dero selben Gnädigsten Herrschafft zuge-  
than sind / erinnert rc. vel sub novâ aliquâ ad hunc actum apta-  
tâ jurisjurandi formâ coercentur, quod magis consultum nobis esse videtur, & in Alsatiâ quoque nostrâ observari animadver-  
timus ex his & similibus renovationum verbis: nach unsfern  
bei diesem Undergang abgelegten schweren pflichten und A-  
den.

De Renova-  
tore.

Th. 10. Quod ad ipsum renovatorem attinet ( qui & Commissarius appellatur, generali vocabulo, sicut Præses in l. i. ff. de offic. Præsid. & differt ab iis, qui vocantur **Undergänger** und **Feldmäßer** / de quibus vid. Oeting. de jur. limit. l. I. c. 16. n. 3. & seqq. item ab isto hominum genere, qui appellantur **Feldstüzler** / suntque inspectores, ut agri diligenter colantur, vid. Obrecht. Polit. Bedeneß. von verbes. Land und Leut t. II. n. 32. & seq. p. m. 98. & seq. Lindenspür. ad ordin. Würtemb. p. m. 156. ) considerabimus eum, ut constituendum, & consti-  
tutum. In constituendo præprimis observanda generalis re-  
gula, sc. talem eligendum esse, qui commissionis suæ gratiâ electus, non verò cui munus instar beneficii commissum videa-  
tur. Sicut in constitutione officialium sæpiissimè fieri, queritur  
Obrecht, d. t. t. 7. p. m. 45.

Th. 11.

Th. 11. Requisita boni renovatoris author quidam anonymus, (cujus Manuscriptum Germanicum, sub nomine Renovatur Discurs à Spectabili Iuridicae facultatis Dno. Decano, Magnifico, Consultissimo atque Excellentissimo, Dno. Doctore Rebhanio, Patrono atque Praeceptore meo omni honoris atque obsequii cultu ævitemnum colendo, accepi) hæc facit: ut sit (1) legitimo thoro natus, & ex honestis parentibus procreatus, (2) ut sit homo liber, nec ullius dominio subjectus, (3) honestæ vitæ & actionum, (4) peritus registraturarum, (5) justæ ætatis, 30. annorum, atque eapropter exhibendas esse natales literas & testimonia, (6) sit homo boni ingenii, boni judicii, bonæ ratiocinationis, capacisque memoriae, (7) sit exercitatus scriba, afluens conceptuum, & latini sermonis potens, (8) non sit invidiosus, studens partibus, vel affectibus deditus, sed qui renovet rem, sicut eam invenit, (9) hinc non inutile esse, ut sit notarius publicus, nam & renovatorem esse publicam personam (10) sit paratus quæstionibus ad renovationem necessariis (11) juratus ad officium. Fatetur autem ipse allegatus scriptor in seqq. hanc ideam esse boni renovatoris, qualis forte non ubivis sit obvius.

Th. 12. Aliter Dn. à Seckend. l. f. c cujus hæc sunt verba: Ob nun wol dieses eine geringe materia scheinet / und auf natürlichem Verstand von einem Mittelmäßigen / der Schreiberey und Haushaltungs erfahrenen Mann / wol begriffen und verrichtet werden kan se.

Th. 13. Nos hoc loco de singulis, quæ in renovatore requiri possent, non disputabimus; sufficiat de quibusdam principalioribus dixisse. Imprimis igitur Renovator debet esse vir probus, pius, fidus, vid. Wehner. Obs. Pract. voce Registratur § fideles. cuius religioni res magni præjudicij securè committi possit. Sicut enim pietas fundamentum est omnium virtutum, ita renovator pius & probus, partibus, quorum interesse in eo versatur, nullam dubitandi ansam permittet, quin ex fide omnia sit gesturus.

Th. 14. Nec tamen idem, quia nota est ejus fides, sine juramento facile admitti debet; sicut nec agtimentorem, licet alias plium probumque, admitti testatur Oeting. d. rr. l. 1. c. 16.

n. 13. & seqq. ubi etiam formula juramenti habetur, nec renovatorem, hodierna experientia, & verba in renovationum libris usitata: nach Unsern bey dieser renovatur abgelegten schwe ren Pflichten und Aiden. Sic olim quoque censores & agrimensoris jurejurando adstringi solitum fuisse, de illis docet Perez. in Cod. l. 11. t. 57. §. 2. de his, Speidel. Specul. §. debet. voce Marchstein.

Th. 15. Deinde in renovatore requirimus diligentiam, de quâ adhibendâ plerunque etiam jurant, ut in formulis juramentorum videre est, ibi: nach Unserm besten Fleiß / item, alß wir zu erkundigen vermocht. Nec id immeritò, quanta enim sit plerunque documentorum copia, quam varia sæpè, super minimâ fundi parte instrumenta, quam intricatae scripturæ, quantus itidem labor in ipso rure per ocularem inspectionem, maximè turbidâ & adversâ sæpè tempestate singula animadverte, istis maximè notum est, qui tali negotio interfuerunt. Hinc homine ad hanc rem industrio & paciente opus est, qui sine naufragio, documenta ista, nescio quem factorem sæpè redolentia, diligentissimâ lectione, singulorumque verborum animadversione, non minus quam ipsum denique rus, peragret.

Th. 16. Porro, sicut unusquisque commissarius rei sibi commissæ debet esse peritus, ita etiam renovator, vel aliàs renovationibus sæpius interfuisse, ( usus enim magister optimus ) vel tamen pollere debet, sagaci ingenio, judicioq; acuto, propter innumeras fraudes, quæ aliàs hic fieri facile possunt. Nec spernenda in eo loquendi insuper & scribendi dexteritas, ut & notitia cum situationum tūm aliarum conditionum renovandi territorii.

Th. 17. Sed, an etiam juris scientia ei sit necessaria? quæritur: Occurrunt sanè varia in agris jura, quidam enim est emphyteuticus, censiticus, vel alio modo obligatus per precariam, per contractum libellarium, quæ ab alio, nisi jurisperito vix distingui poterunt. Hinc, licet homines in negotiis exercitatos non parvi æstimemus, hos tamen qui ex fundamento rem didicerunt, meritò illis præferimus, secuti in hoc Obrechtum, in pari casu ita dicentem: Kann man aber haben die Studien / und sich gemelter maßen zu halten wissen / die sind billich an-

anderen vorzuziehen. Sondr. Policey. Ord. behl. B. tit. von an-  
ord. der Deputaten §. und haben p. m. 251.

Th. 18. Secundo queritur : An unus ex officialibus , an potius extraneus renovator sit constituendus ? Pro officiali est præsumptio majoris notitiae circa res & jura, non solum sui domini , sed totius provinciæ, quæ non est in extraneo ; Adversus eum militat , quod jurejurando domino suo obligatus sit, & sic extraneo possit videri suspectus. Verum hæc suspicio tollitur , si repetamus , renovatorem jurejurando specialiter promittere , daß er niemand zu Lieb noch zu Leid / weder mit Vor-  
thel/Betrug/Gefährde und Argelist/nichts reden/schreiben/noch  
verschweigen wolle.

Th. 19. Constitutus renovator secundum formam si-  
bi præscriptam , *infra capite sto à nobis tradendam* , renovatio-  
nem instituere debet. Hoc loco id tantum querere lubet , An  
renovator aliquam etiam controversiam incidentem tantum  
possit dijudicare ? quod negatur. Nulla enim , neque mandata  
ejus aliqua est jurisdictione. Item an commissarius vices suas al-  
teri possit subdelegare ? de quo vid. Gilhaus. A. C. c. 6. part. 2.  
artic. 2. §. 1.

## Caput Quartum.

### Quid sit renovandum.

#### THESIS I.

Promisimus in titulo hujus dissertationis acturos nos esse , Quid renov.  
de renovationibus bannorum , vulgo Bann . Erneuerun-  
gen / ex quo facilè constare potest , quodnam sit objectum , hoc  
capite docendum , nimurum totum aliquod territorium sive di-  
strictus , ein ganzer Bann / sub quo comprehenduntur singu-  
la ista , quæ in illo districtu continentur , qualia sunt vineæ ,  
sylvæ , luci , nemora , saltus , saliceta , lacus & salinæ , fontes ,  
montes , pontes , fluvii , Insulæ , item fruteta , horti , prata , pa-  
scua ; imò omnia bona ruralia immobilia , culta & inculta , posses-  
sa & deserta , propria & aliena , publica & privata , feuda & al-

Hh

Iodia ,

Iodia, secularia & ecclesiastica ; vel ut habetur in libris renovationum , Alle und jede Gütter von Häusern / Höfen / Gärten/ Ackern/ Matten/ Reben &c. inde hæc omnia etiam renovationum protocollis inserenda sunt.

Th. 2. De domibus , quarum th. antecedenti mentio facta est, dubium alicui oriri posset, ex l. ager 27. ff. de V.S. junct. descriptione nostra , supr. c. i. quem tamen textum nobis non obstat discursus docebit.

Th. 3. De viis , quarum quoque memini , notandum, eas nomine suo complecti & semitam , & iter, & actum & viam , Germ. ein Steg / ein Fußpfad / Reitweg / Erieb- und Fahrweg / arg. l. paries 157. §. 1. ff. de verb. sig. & esse vel publicas vel privatas per l. 2. §. viarum 22. ff. ne quid in loc. publ. Publicas viginti aliis nominibus enunciari , & tria ad eas requiri, vid. ap Oet. de jur. lim. l. 1. c. II. in 2nd. lit. b. ubi plura notabilia.

Th. 4. De insulâ quoque addere quædam lubet. Hæc enim quod tanquam in salo , h. e. mari posita dicatur , olim maris tantum erat , postea etiam de loco flumine (in quo frequenter nasci dicitur §. 22. Inst. de R. D.) circundato, usurpari cœpta est ; quæ etiam , utpote in nostris terris , à mari longius remotis,frequentior , hic à nobis potissimum intelligitur. Vocatur Germanicè ein Wördt / Werder. de quo vid. Wehner, Pr. Obs. & Besold. Thesaur. Pract. b. v. Oettinger d. l. in 2nd. lit. P. harumque exempla quædam occurunt , intra ipsos patriæ nostræ muros , e, g. Insula St. Claræ, St. Claren Wördt/ item das Wördtel / quarum hæc , ubi ad turres custodiendis reis destinatas , Illus sive Ellus fluvius , in aliquot partes divisus , civitatis nostræ munimenta subit , illa , ad exitum fluvii sita est. Porro insula etiam accipitur pro domo solitariâ , ut in l. stipulationes 72. §. 2. ff. de V. O. l. existimo 98. in fin. eod. Tandem denotat compagem quandam virgultorum , quæ ita sustinetur in flumine , ut solum ejus non tangat , quæ movetur & insula mobilis appellatur. l. si epistolam penult. §. si qua 2. ff. & C. I. A. th. 28. de A.R.D.

Th. 5. Nunc ad quæstiones quasdam , quarum prima: Quid si renovator propria bona in diœcesi renovandâ habeat , an & hæc in renovatione ponenda , vel si ponantur , scriptura ren-

renovatoris fidem mereatur? Obstat, quod testis in suâ causâ nemo est idoneus, *l. omnibus 10. C. & l. nullus 10. ff. de Testib.* Contra, cum publicè fidem jurejurando præstiterit, nec ipse solus & de re suâ primariò testetur, testimonium ejus in hac re reprobandum esse, non existimo, *arg. §. legatariis 11. Instit. de testam. ordinand.*

Th. 6. Q. 2. Quid, si e.g. duorum pagorum pascuum aliquod confine & commune sit, quomodo hoc in cuiuslibet renovatione ponendum? R. totum, *arg. l. meritd. 51. pr. ff. pro socio ibi:* sanè plerunque credendum est, eum qui partis dominus est, jure potius suo re uti, quam furti consilium inire.

Th. 7. Q. 3. An pars districtus à vicinis præscriptus in renovatione banni ponendus? Et quoniam præscriptio præscribenti acquirit dominium, idque directum, docente *C.I.A. th. 22. pr. de usurpat. & usucap.* res à vicinis præscripta erit ipso rnm, rem autem aliorum sibi adscribere, est actio factu, quam excusatu facilior.

Th. 8. Q. 4. Quid si fluminis vehementior vis agri tui partem detractam alieno prædio adgeserit, in cuius renovatione ponendus erit? Respondeo, quia palam est, illam partem ejus, cuius antea fuit, permanere, *per §. quod si 21. Instit. de R.D.* eidem, ut dominosuo in renovatione erit adscribenda.

Th. 9. Contra, si per alluvionem auctus sit ager, illud augmentum domino fundi erit attribuendum, *arg. §. præterea 20. Instit. d. t.* neque hoc casu distinguendum, an agri sint limitati, nec ne, refutato Bartolo, tradit Oeting. *d. tr. l. 2. c. 2. §. 9. & seqq.*

## Caput Quintum.

### Quomodo Renovatio fiat, vel fieri debeat.

#### THEISIS I.

**I**N hoc capite ante omnia monendū, quod, sicuti in uniuscujusq; arbitrio & voluntate positum fuit ab initio, an renovationem

Hh 2

insti-

instituere, aut eam intermittere, indeqne vel damnum sentire velit, vel lucrum capere; ita etiam, postquam tale consilium cœpit, non est ei præscripta certa forma vel modus, secundum quem præcisè omnia facienda, sed potest vel modum, ab aliis observatum, sequi, vel ipse sibi modum, pro ratione jurisdictionis & instituti sui fingere, modò, si effectum aliquem consequi velit, ita procedat, ut in jure fundamentum aliquod habeat.

Th. 2. Ita videmus, nec renovationes hactenus uniformiter esse institutas, nec omnes eandem semper vim obtinuisse, aut ab omnibus & in omnibus approbatas esse. Duo igitur hic erunt pertractanda, 1. Quæ in renovationibus observata hactenus sint, tum 2. quæ addi insuper iis possint, vel debeant; hæcque in sequentibus quatuor capitibus, ut dicamus 1. de citatione, 2. de probatione, 3. de inspectione oculari, 4. de ipsâ descriptione.

#### DeCitatione.

Th. 3. Quamprimum igitur quis renovationem instituere decrevit, ante omnia citationes facit, idque vel affixis publicè tabulis, vel ad domum missò nuncio, ne postero tempore excusatione ignorantiae negligentiam suam defendere quis possit, arg. l. ea que 7. C. quomodo & quand. judex. sic nec olim mensuram agrorum, aut terminorum positionem, nisi præsentibüs partibus, aut ad hoc saltem citatis fieri potuisse, testatur arg. l. si quis 3. vers. quod si altera C. fin. reg. Speid. Spec. voce Marckstein / §. mensuratio. nec hodiè renovationes solere, probat experientia, & renovationum libelli, ibi: auff vorher gegangene aufgeschickte und gehöriger Orthen angeschlagene Citationes.

Th. 4. Citantur omnes, quorum interest, vel interesse potest, per l. de unoquoq; 47. pr. ff. de Re jud. Ruland. de Commis. & Commission. p. 2. l. 3. c. 7. n. 7. non tantum fundorum domini, sed etiam fructuarii & creditores, qui jure pignoris fundos possident, arg. l. sed & loci 4. §. finium 9. ff. fin. regund. subditi & extranei, ut habent Citationum talium formulæ, ibi: Fügen hiemit mannißlichen in- und außerhalb der Graffschafft H. gesessenen/ Geist- und Weltlichen / wer die auch sein mögen/ niemand aufgenommen / welche obvermelde massen / in dieser Graffschafft ahne

ahne Güther zu sprechen haben / hiemit nach Stands Gebühr  
und Würden / dienstfreundlich und günstiglich zur Nachricht  
zu vernehmen rc.

Th. 5. Finis harum citationum est, ut vel ipsum quorum interest, vel in personā procuratoris compareant, aut documenta sua statuto tempore, ad acta mittentes, jus suum edoceant: quod si factum non fuerit, postea non audiuntur, sicuti minantur citationum clausulæ, ibi: Fals aber einer oder mehr / wer der oder die auch sein möchten / seine documenten nicht einschicken / noch bey der renovatur obvermeldeter massen erscheinen / seine prætendirte gerechtsame glaubhaft darthun wird / der oder dieselbe sollen alsdann in particulari fôrters nicht mehr gehöre / sondern dieselbe als verlassene und dem Landherren verfallene Güther / jetzt als dann / und dann als jetzt gehalten / eingezogen / und in dessen Nugen verwendet / auch niemand / wer der oder die auch sein mögen / einige Prætension oder gerechtsame derentwegen verstattet werden. Nec iustum hoc videtur; per contumaciam enim absens pro præsente habetur, auth. quâ in provinciâ §. eo a. absente. C. ubi de criminis l. properandum. 13. §. 2. C. de judic. & damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sentire non videtur, per l. quod quis. 203. ff. de R. J.

Th. 6. Q. Quotnam opus sit citationibus? Videmus enim diversimodè unam aut tres affigi vel mitti. Et cum tres dilatoriæ vim habeant unius peremtoriæ, l. tres 9. C. quomodo & quand. jud. utriusque casus hic par erit ratio.

Th. 7. Vocatis ita, quorum interest citati, ad locum in tabulis designatum veniant, instructi probationibus, quarum gratia sunt citati; nam, quod quis probare non potest, illud nec proferre debet arg. cap. si tantum. 2. & seq. 6. quæst. 2. & probata creduntur, non probata non creduntur, cap. quamvis. 75. II. quæst. 3. l. in lege 77. ff. de Contrah. Empt. Wesemb. π. ff. §. I. de probat. & præsumpt. Hinc cui probatio deest, ei ipsum jus deesse videtur, arg. l. duo sunt Titii 30. ff. de testam. tutel.

De probatio-nibus.

Th. 8. Si verò ulla probatio est difficultas, sanè in hac materia maxima est difficultas, fatente quoque Gros. Dn. à Seckend. E. F. St. addit. p. m. 39. med. ibi: Was aber an

vielen Orthen für difficulteten darben entstanden / das wird von denen / welche mit dergleichen Dingen umbgehen / genugsam erkandt werden.

Th. 9. Probatio fit vel per instrumenta , vel per testes. Inter instrumenta meritò hic primum locum obtinet renovationis antiqua , nimirum , si in loco institutæ renovationis jam ante aliqua instituta , recteque facta fuerit , ex cuius protocollo a- pertissima probatio , & ad oculum quasi demonstratio desumi poterit.

Th. 10. Tali protocollo non extante , aliunde erunt desumendæ probationes , e. g. ex libris censualibus , ex quibus constare poterit de finibus. In censu enim agendo exponeban- tur duo confines , die beiden Anstöß und Angewandt l. formâ 4. ff. de censib. l. census 10 ff. de probat. C. I. A. tb. 36. fin. regund. add. Rutger. Ruland. de Commis. & Commission. p. 2. l. §. c. 6. Et hi desiderantibus possessoribus edi debent à censuali. per Nov. 128. c. 1. vers. sed & volumus.

Th. 11. Deinde adhiberi etiam solent libri antiqui re- liqui , vid. Mascard. de probat. concl. 398. e. g. die Saalbücher/ quos etiam in probatione finium adhibendos esse docet , C.I.A. tb. 37. n. 4. fin. reg. die Erb.-Fluhr- und Gränzbücher / de qui- bus plerisque tamen queritur Dn. à Seckend. l.s.c. quod ex iis certa aliqua demonstratio vix possit haberi , quoniam vel ab initio non rectè facti , vel per longius tempus non renovati fue- rint , aut alio modo sine justo ordine confusè scripti. Addantur die Lagerbücher / de quorum fide , vid. differentem Wehner. Obs. pract. hac voce. die Forstbücher / Lichtenbücher / de quibus Ru- land. d.l. facit cap. cum causam 13. X. de probat.

Th. 12. Nec libri tantum , sed & cætera instrumenta , qualia fiunt præcipue super finibus , die Bezirckbrieff / de qui- bus Besold. Thesaur. pract. voce Bezirckbrieff / item super con- tractibus , feudis , pactis , transactionibus , dotibus ; item pri- vilegiis , vid. Mascard. d. tr. c. 401. n. 1. & seqq. nec non sen- tentiæ & res judicatæ , non parum lucis in hac re afferunt , add. Mascard. d. tr. c. 403. num. 12. Nam etiam in his e. g. in instru- mento super emptione facto , singuli agri cum suo nomine , pos- sessione , quantitate , finibus , finitimorumque possessoribus &

reli-

reliquis, quæ ad hanc rem faciunt circumstantiis, solent describi, ex quibus probationes sumi possunt. Huc referendæ quoque rotuli, die Roteln/de quibus Wehner. d. tr. voce Roteln/ibique B. Bitsch. MSCr. indices censuum, Rentregister/ de quib. Berlich. tom. i. Concl. 36. n. 18.

Th. 13. Post hæc ex aliis quoque monumentis renovatoris fides fieri potest, nempe ex lapidibus finalibus, & terminalibus, durch die Fluhr- und Marcstein / de quib. Oeting. tr. cit. l. 1. c. 17. Rutg. Ruland. d. tr. p. 2. l. 6. c. 1. & seqq. quorum indicium debet admitti, donec probetur eos esse mutatos, Perez. in Cod. l. 3. t. 39. §. 4. Speidel. Spec. voce Marcstein/ §. index. add. Mascard. d. l. c. 393. num. 8. & 10. Mutatos autem esse, inter alia inde apparebit, si sint sine testibus, (wann sie ohne Eher seyn/ uti in eversione lapidum loquuntur agrimensoris. Ruland. d. l. c. 11. Oet. l. c.) id est, si careant lapillis, seu carbonibus, aut vitris, quæ addere eis, & judices sive indices. Ruland. d. l. Mascard. d. l. c. 400. num. 4. vel testes appellare solent. C. I. A. th. 36. pr. fin. reg. Wehner. d. tr. voce Marcstein. Oeting. l. c. n. 9. Ruland. d. l. c. 3.

Th. 14. Huc quoque pertinet, si agri sepibus, arboribus, fossis &c. sunt notati, de quo vid. Perez. Cod. l. 3. t. 39. n. 3. quæ signa non sunt necessaria, quando aliis demonstracionibus res clara redditur. Mascard. de probat. Concl. 504. n. 14. & plerumque tales plures conjungi solent.

Th. 15. An quoque per scripturam privatam fiat probatio? Privatam scripturam in antiquis plenè probare, imò ob difficultatem probandi admitti probationes per conjecturas & verisimiles presumtiones, quæ alias non admitterentur, docet Gail. 2. Observ. 149. num. 8. & 9. Fritsch. de jur. distr. c. 9. §. ult. fin. Mascard. d. l. c. 397. num. 1. add. Concl. 393. num. 2. & 14. propter hanc rationem, quia lex contenta est èa probatione, quæ fieri potest, si materia sui naturâ difficultatem probationis habet. Gail. l. c.

Th. 16. Famam quoque publicam in probandis finibus admitti, docent Mynsing. Cent. 2. Observ. 25. & seqq. Mascard. de probat. concl. 196. n. 4. Perez. Cod. l. 3. t. 39. n. 3. Fritsch.

d. tr.

*d. tr. c. 9. §. 5. n. 5. fac. l. 2. §. Idem Labeo 8 ff. de aq. & aquæ pluv. arcend. Et juramentum, Ruland. d. l. c. II.*

**De Testibus.**

Th. 17. Testes in materiâ finium probandorum admittuntur à B. Mejero in *C. I. A. th. 37. pr. fin. reg.* Ruland. *d. l. c. 13. num. 10.* Mascard. *d. l. concl. 395.* licet propter varietatem & lubricitatem eorum meliorem in hâc causâ probationem esse, quæ fit per instrumenta, quam quæ per testes, judicat Fritsch. *de jur. distr. c. 9. §. 5. n. 3.*

Th. 18. In renovationibus testes quidam adsunt perpetui, quidam adducuntur à partibus. Hi nimirum in probatione speciali, juris quod quisque habet: illi verò, ut toti renovationi intersint, non tantum de singulis, quæ olim contigisse sciunt, sed de omni renovationis actu etiam in posterum testaturi, quo major his, quæ solenniter & coram testibus facta sunt, habeatur fides. Atque de his hæc sequentia.

Th. 19. Vocantur ad hoc munus viri probi & senes. Illi, quia de viro semel probo præsumtio est, eum semper talem futurum, per *l. si cui crimen 7. §. 1. ff. de accusat. ibi q. Gloss. verb. admittendum.* Hi, ut de veteri domino, & talibus antiquis possint testari. Nota tamen non excludendos omnino juvenes, qui, licet de re antiquâ ipsis incognitâ testimonium ferre, nec possint fortè, nec audeant, ita tamen facilè erit eis animadvertere id, de quo mortuis reliquis, ipsorum fidei tempore futuro non parum erit tribuendum, add. Oeting. *d. tr. l. I. c. 20. num. 6.*

Th. 20. Sicut autem, ut supra dictum est, nec Scultetus, nec renovator, ita nec testes injurati debent admitti; *arg. l. jurisjurandi 9. & l. testium 18. C. de testib.* Hoc verò necessarium ipsis non est, ut jusjurandum, quod vocant corporale, præstent; interdum enim tantum per juramentum magistrati vel domino suo olim præstitum adhortantur, uti supra de Sculteto probavimus; vel sub cautione, stipulatæ manus in vim juramenti admittuntur. Hinc in libellis quibusdam renovationum, auch mit Hand gegebener Treu an wahren Aidsstatt.

Th. 21. Melius fortassis, quo minus testium horum fidès extraneo suspecta videri possit, iis insuper, cum sint renovantis

vantis subditi , etiam juramentum , quo ipsi ratione subjectio-  
nis obstricti sunt , ad hoc remittitur ; quod vult author citati  
**MSti Renovatur. Discurs / & alias in testibus, contra Principem**  
aut rempubl. testantibus , moris esse , traditur in **C. I. A. th. 10.**  
**n. XVI. de Testib.**

Th. 22. Accersiti porrò debent esse periti situationum,  
welche des Banns und der Guther Gelegenheit am besten wissen /  
ut habent Renovationum libelli , ut in oculari inspectione bo-  
na ostendere possint , nec multum temporis in eis inquirendis  
impendendum sit. Deinde rerum rusticarum , variorumque in  
documentis ipsoque usu occurrentium vocabulorum gnari , un-  
de maxima sèpè lites possunt componi.

Th. 23. Notanda hic obiter quædam cognitu testibus  
vel necessaria , vel utilia , e.g. variæ districtuum divisiones in cer-  
ta rura , v. g. das Oberfeld / das Niederfeld / Steinfeld / Klein-  
feld / am Bühl etc. de quib. vid Oeting. tr. c. l. i. c. 10. Item  
voces certam fundorum quantitatem denotantes , quales sunt  
e.g. Huba , ein Hueb / triginta agros continens , ut notat Dürr,  
in Disputat. inaug. von Ding-Höffen / thes. 19. vel , so viel ein  
Ackerman des Jährs bauen kan / secundum Oeting. d. tr. l. i. c.  
14. num. II. add. Lindenspür d. t. p. m. 78. §. 7. Ein Frech /  
id est unus ager cum dimidio. Ein Zweitel / id est  $\frac{1}{2}$ . Ein  
Vierzahl / i.e.  $\frac{1}{2}$  Zweitel. Ein Jeuch Felds / tanta pars terræ ,  
cui tres modii (Sester) inseri possunt. Ein Schlag / tantum spa-  
tium , quantum mensor falce ferire potest; Ein Tagmatt / Mañs-  
matt / Tagwerck / in pratis tantum est , quantum operarius per  
unius diei spatium demetere possit , præter propter  $1\frac{1}{2}$   
Morgen. Oct. d. l. n. 10. Ein Morgen / continens 150. perticas  
quadratas , ein Jauchart /  $1\frac{1}{2}$  Morgen / Idem l. c. n. 8. & 9. Ein  
Acker / constas Argentoratensisbus 24000. pedibus quadratis. Por-  
rò quid in fundis notandis dicatur , oben und unten , item vor-  
nen und hinden / vid. Oct. l. c. n. 13. & 14. Quid sint Egerthen /  
Idem. l. i. c. 10. n. 6. quid Neurath / Neubruch / terra scil. nunc  
primum in agri formam proscissa , Joh. Werndle / Zehendrech  
lib. 4. c. 4. à quo differt ein Brachfeld / quod primâ operâ ara-  
tum est. vid. D. Neubronner Disput. inaugural. de Novalib. th.

2.3. & seqq. Et talia occurunt plurima, quæ omnia colligere non est nostri instituti.

Th. 24. Potius est, ut dicamus, quotnam adhibeantur testes. Et videmus, modo tres, 4. s. modo plures adhiberi. Et sanè, cum unus quidem testis pro nullo habeatur, arg. l. ubi. 12. ff. de testib. ideoque nec audiendus sit, l. iurandi. 9. §. 1. C. eod. duorum tamen vel trium numero in quolibet testimonio contenti esse debemus, c. l. 12. C. de testib. l. inter. 217. in fin. ff. de verb. signif. quamvis quo plures adsint testes, eo melius probatum quid censeatur, per c. in nostrâ 32. X. de testib. Hinc forte Argentinæ constitutum est, ne Collegium quod vocatur, die Almend-Herren / officio suo fungatur, nisi ad minimum eorum adsint sex aut plures, vid. Ordin. der Almend-Herren §. doch sollen Sie. Et legibus maximè consentaneum esse, si testes numero impares adhibeantur, censet Oet. d. tr. l. 2. c. 4. n. 8.

Th. 25. Quid si opus sit testibus extraneis, qui non sunt subditi, an & quomodo hi cogi poterunt, ut ad locum veniant? Respondet author supra laudati MSCt. de renovat. §. 8. per magistratus suos, à renovatore requisitos, compelli debere.

De oculari  
inspectione.

Th. 26. Explorato ita domi inter parietes uniuscujusq; jure, in rus itur, sequiturque ocularis ipsorum fundorum inspectio; quam adhiberi docent exempla, & verba renovatum, ibi: Auch in den Feldern von Stuck zu Stuck gangen / und bey deren jedem / die jēzige neue Gewandten / Anstöße / und Nebenwende / wie wir dieselbe auff dem Augenschein befunden / angezeigt / gewiesen und verzeichnet haben.

Th. 27. Et hoc ex justissimâ ratione; Est enim inspectio ocularis omnium firmissima probatio, per textum in l. si irruptione. 8. §. ad officium. 1. ff. fin. reg. & l. quæ tutor. 7. §. 1. ff. de administr. tutel. cui secure innitamur, Oeting d. tr. l. 2. c. 6. §. 3. Imò omnis probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificetur, ut ex Bald. testatur Gail. lib. I. Obs. 26. num. 9. ubi quoque aliquoties ita judicatum esse docet. Hinc & olim in quaestione de finibus agrimensori ad ipsa loca ire præcipiebatur, ad patefaciendam veritatem, l. 3. Cod. fin. reg. & seq. & hodiè id i. ipsum observatur, de quo vid. omnino Oeting. d. tr. l. 2. c. 6.

per

per tot. add. Ruland. *de Commis. & Commission.* p. 2. l. 3. c. 1. & seqq. ubi ocularem inspectionem satis commendat, tam ex utilitate, quam necessitate suâ.

Th. 28. Absoluto etiam hoc succedit ipsa rerum descrip<sup>De descrip-</sup>  
tio. Optimè! Scriptura enim facit ad æternam rei memori-<sup>ptuone.</sup>  
am, arg. l. jubemus. 29. §. sed ne aliqua C. de testam. Ruland. d. l.  
c. 15. Hanc tamen haçtenus tam benè vix unquam factam esse,  
quin multa adhuc in eâ desiderari, innumeræque ex ipsâmet fa-  
cile oriri potuerint lites atque controversiae, queritur sæpè  
laudatus Dn. à Seck. Deutsch. Fürst. Stats addit. p. 29. & 41. fin.

Th. 29. Hic renovator ex fide rem gesturus, obser-  
vare debet, ut rem, quemadmodum eam invenit, i. e. sicut vel  
ex instrumentis aliisque documentis, vel à testibus ipsi est pro-  
batum, aut oculis suis ipse perspexit, indicet. Auth. disc. MSCt.  
von der Renovatur num. 4. annotando singulos fundos, eorum-  
que situm, quantitatem, qualitatem, & nomen, arg. aureæ &  
famosissimæ l. 4. ff. de censib. quâ forma, in agris in censum redi-  
gendi olim usitata, continetur, digna ut hodiè observetur. Pe-  
rez. Cod. l. 11. t. 57. n. 2.

Th. 30. Dixi annotari primo, *situm*. Situs est vel na-  
turalis, vel civilis. Per situm naturalem intelligo locum; ubi  
notandus (1.) pagus, districtus (2.) in districtus, in welcher  
Zelg oder Desch/ Oeting. d. tr. p. 1. c. 14. n. 12. i.e. in welchem  
Feld. (3.) fines, quos vel à naturâ habet, ut flumina, fontes, rivi,  
fossæ, aggeres, arbores, montes, valles, rupes, agri vicini; vel  
ab arte, aut studio hominum factos, ut sunt lapides insigniti,  
& solo infixi, muri, stipites, columnæ, viæ, arbores, sive signa-  
tæ sive non; (hic obiter noto ex Seckend. T. 3. Stat. p. 3. c.  
3. div. 6. §. 2. p. m. 424. non facile, præcipue in sylvis, notari de-  
bere arbores, ob facilem illarum corruptionem.) Situm civi-  
lem appello, quando indicantur affinium possessores, at vi-  
demus fieri, quando in renovationibus ponitur: einseit neben  
dem Kirchen-Guth / anderseit neben Baschen Schwötel re. Se-  
cundd, Quantitatem; ubi occurunt varia nomina, ein Zwenthel/  
ein Bierzal re. de quibus supra th. 23. b. c. Item 20. Acker an-  
einander. Tertiid, Qualitatem; nimicum indicando, an sit pratum,  
vinea, pascuum, arvum, sylva, arg. d. l. 4. de censib. licet me-

liorem in hac causâ notationem affinum, quam generis agriculturæ esse, ob frequentissimam hujus mutationem, existimet Oeting. d. t. l. 2.c. 7-num. 13. & seqq. Huc quoque referto jura vel servitutes agrorum, e. g. an sit liber, an servus, sacer, religiosus vel publicus, quod etiam in venditionibus olim addebatur, l. hanc legem. 22. l. pacta conventa. 72. §. 1. ff. de contr. empt. Item si in curiam dominicalem (Ding-Hoff/ de quib. vid. Dürr. Disput. Inaugural.) quid contribuere debeat. Quartò, Nomen; rectè! hujus enim appellatione rem significari, ait Proculus l. 4. ff. de V. S. Et nomen non tantum ipsius fundi, arg. d. l. 4. de Cens. sed possessoris quoque & coloni, arg. l. 7. Cod. de bon. proscript. De nomine ipsius fundi notandum, olim propriis appellationibus designatos fundos, qui venibant, ut notat Brisson. form. l. 6. p. m. 501. § verum. & hodiè interdum, vel à veteri aliquo possessore, aut aliundè fundis nomina tribui, quorum exempla passim occurunt.

Th. 31. Hæc quidem communiter ita observari & annotari consueverunt; verum talem descriptionem rei nodum nondum tollere, præsertim, quando universali quadam devastatione, etiam subditi vel domo pulsi, vel internecioni dati sunt, docet Dn. à Seckend. s. a. l. Non enim sufficere, ait, si scribatur: Hans N. N. hat einen Acker in dem und dem Feld/ neben Peter N. N. und Georg N. gelegen: nam mortuo Johanne N. N. relictis liberis impuberibus, aut aliis heredibus extraneis, fundum desiderantibus, fortè etiam affines illi Petrus N. N. & Georgius N. mortuos esse, aut si vivant, fraudulentum de dividendo inter semet agrum consilium iniisse; vel illis etiam senioribus, qui notitiam situationum habuerant, defunctis, fore, ut ex tali descriptione fundus vix demonstrari vel peti possit.

Th. 32. Accedere deinde, quod (cujus rei testem experientiam adducit) rariores in plerisque locis sint illi, qui in notandis aliorum confiniis multum diligitiæ adhibere studeant, hinc plerumque parum de iis scire; & si vel maximè aliquid animadverterint, non nisi obiter notatum tenere, ita, ut certum eâ de re deferre testimonium nec audeant nec possint;

vel

vel si etiam testis munus subeant, saepius ita testari, ut melius fuisset, eos nunquam adhibuisse.

Th. 33. Alio igitur adhuc opus est remedio, quale forte est descriptio Geometrica sive Ichnographia, superaddito singulis agris numero, suppeditato ab eodem Dn. à Seckend. c. l. p. 43. cuius ipsissima verba, notatu dignissima, hic lubet repetere: sunt autem talia: Es gehet aber der Vorschlag in gemein und hauptsächlich dahien / man solle die Fluhr und Marckung / nach ihrer Naturlichen unveränderlichen Gelegenheit/ und nach Acker-und Ruten-Maß/nicht aber nach blosser Ordnung der Personen / und Besitzer beschreiben / auch die Acker oder Morgen alle mit einem gewissen Num. in der Beschreibung bemercken / und wo möglich einen Grund-Riß verfertigen/ welches dann / zumahl in Feldern und planicie, so leicht ist / daß kein Schulmeister / Dorffschreiber / oder ein Schultheiß / der lessens / schreibens / und rechnens etwas erfahren / dergleichen Riß nicht sollte machen können / wo nur der Vortheil gezeigt wird.

Th. 34. Cum his consentire videtur Oeting. d. tr. l. 2. c. 6. num. 9. in controversiis finium talem delineationem aut Ichnographiam, vel ut vocat Ruland. mappam, faciendam & judici tradendam esse, omnino suadens: item Ruland. d. l. 6. 10. num. 6. ubi pictorem adducendum esse jubet, add. c. 15. num. 2.

Neque id immeritò. Hoc enim modo per ipsam rei evidentiam longè facilius rei veritas apparebit, quam ex intricatis multorum verborum ambagibus. Hic oculis res subjicitur, illic auribus; At quicquid oculi vident, cor credit, dicit proverbium. Sic Romanis olim mos erat, agrorum limitatorum monumenta publicè custodire, id est, tabulis æneis ad æternitatem fixis, quæ formæ dicebantur, eorum centuriationes condere & incidere, de quo vid. Gothofred. in not. ad l. qui tabulam. 8. ff. ad L. Iul. Peculat. lit. d.

Th. 35. Sed quomodo, aut à quibus facienda hæc delineatio? Sanè nisi è charybdi in scyllam incidere, & periculum periculo augere velimus, hic non erit utendum agrimensoribus illis, quos Idiotas vocat Oeting. d. t. l. l. c. 15. num. 3. qui artium mathematicarum ignari, omnia perticis definire conantur; sed

opus erit egregiis Arithmetices, Geometriæ & Trigonometriæ magistris, ingeniosè facta instrumenta adhibere solitis. vid. plur. ap. Oeting. n.c. & seqq. add Ruland. d.l.p. I. l.4.c. 21. n.7. & p.2.l.3.c.15. lit. B.

Th. 36. Quæritur hic, quando, id est, quo anni tempore instituenda sit renovatio? Et cum publica utilitas sua deat, ne ab agriculturâ avocentur rustici, vel in ea impedimentum ipsis fiat, respondemus ex verbis *I. I. C. de agricol. & censit.* Nunquam sationibus vel colligendis frugibus insisteres agricolas ad extraordinaria trahendos: cum providentiæ sit opportuno tempore his necessitatibus satisfacere.

Th. 37. Quid si forte unâ æstate absolvi non possit? R. Ideò tamen properandum non est, quia facilè inde damnum alicui accidere posset. *Disc. MSCt. n. 9 prop fin.* sed omnia debent annotari diligenter & distinctim. *Idem num. 4.* add. Ruland. *d. tr. p. 2. l. 3 c. 12.* eâ tamen, quam res permittit brevitate, ne postea in immensâ mole multum temporis consumi necesse sit, & ut parcatur sumtibus eorum quorum interest.

Th. 38. Absoluta tandem bonorum descriptio in quibusdam locis, testibus iterum solet prælegi, quod docent renovationum verba: ibi: und folgends den verordneten Neuerungs-Männern / wiederumb vorgelesen / die sie dann dermassen gelegen sein/ bestätigt. Nec hoc male.

## Caput Sextum.

### De Fine & Effectibus Renovationum.

#### THESES I.

Finit.

**F**inis Renovationum hic est, ne jura & dominia, juriumque tituli atque exercitia temporis diurnitate oblivioni tradantur, & memoriâ excidant. *Disc. MSCt. de renov. num. 2.* sed, ut agris & prædiis diligenter distinctis, inde uniuscujusque jus cognosci, singulis quod suum est tribui, sicque non solum  
lites

lites præsentes finiri, sed & futuræ præcaveri possint, docente Gros. Dn. à Seck. s. c.l. vel ut habent renovationum libelli, damit allem eingerissenen Unwesen abgeholfen / Banck und Streit auffgehoben / und einem jeden zu dem seinigen verholffen werden möge / & alibi : Damit der Grund- oder Land-Herr seine Gehenden / Bett re. und der Eigenthums-Herr seine Güttten desto sicherer empfangen möge / und die Güther desto besser gebauen würden. Item daß man einem neu anziehenden Underthanen zeige/ was zu einem Gute gehöre. Dn. à Seck. c.l.

Th. 2. Effectus 1. est probatio. c. MSCr. de renovat. n. 4. si enim alias instrumentum, verbis tantummodo rem declarans, probatio probata, & veritas apparet dici potest, à Bald. in l. Imperator. 18. num. 10 ff. de stat. homin. Bart. in l. i. num. 8. ff de nov. op. nunc. certè hæc descriptio, quæ præter verba etiam ipsam rei formam per Ichnographiam ante oculos positam demonstrat, probatio erit clarissima atque apertissima; nam certior aure arbiter est oculus, ut habet Gloß fin. Instit. de gradib. in fin. & in l. si. irruptione. 8. ff. fin. reg. add. Lindensp. Comment ad Ordin. Polit. Würtemb. p. m. 37. n. 9.

Th. 3. Quid si quis per renovationem gravatum se esse existimat? Salvam ei de hoc esse querelam, & æquitas suadet, & arg. l. 5. C. de censib. Intra quod tempus autem possit conqueri? De eo, qui à peræquatore videbatur esse læsus, constat, eum annum habuisse præfixum, quo tempore emenso ei actio denerabatur, l. all.

Th. 4. An exemplar seu extraëstus vim probationis habeat? Dist. aut cum protocollo concordat & minus est dubii, aut discrepat, & tunc recurrendum ad protocollum, illiq, velut originali standum, vid. C. I. A. th. 18. pr. de fid. instrum.

Th. 5. Alium deinde effectum sibi tribuunt Renovantes, nimirum occupationem honorum, uti vocant, Caducorum, die Einziehung der Caduc-Güther / vel Caput-Güther/ ut corruptè rustici quidam. Quæ in jure alias caduca dicantur, notum est ex l. un. Cod. de Caduc. tollend. Hic econamine veniunt agri quicunque intra territorii renovandi terminos siti, de quibus citatione factâ, vel planè nemo jus suum editurus comparuit, vel si stiterit, in probando defecit; hinc quia à domino territorii

Effectus.  
Probatio.

De bonis  
Caducis.

torii vindicantur, caduca appellantur, *arg. l. 3. ff. de his quæ in test. delent.* add Lather *de Cens. l. 3. c 1. n. 9.* nam & alioqui caduca omnia dicuntur, quæ iis excidunt, quibus debebantur. *Calv. Lex. voce bona caduca.* De his proponuntur duæ quæstiones. 1. An justum sit ita dominos res suas amittere? & 2. Si hoc justum, quis bonorum vacantium dominus fieri debet?

Th. 6. Quod ad priorem attinet, primâ fronte videatur, ita facile quempiam defraudari re suâ, ex hoc tantum fundamento, quod probare nequeat, cum tamen tanta hic probandi sit difficultas, ut supra est demonstratum. Et alias, neminem, nec fiscum ex re luctuosâ & alienâ calamitate debere lucrum sentire & compendium quærere, Klock. *de ærar. l. 2. c. 63. num. 3. & c. 85. num. 101.* Gail. *l. Observ. 18. n. 6.* Sed & nec fraudibus hic locum esse, nec tam facile bona vindicari, nisi planè nihil de iis sit probatum, sicque fiscum, non tam ex alienâ calamitate, nisi per accidens, lucrum sentire, quam jure suo uti. Nam alias constat, etiam pecus aberrans nemine vindicante post trinam denunciationem dominoterritori adjudicari, Perez. *Cod. l. 10. t. 10. num. 25.* & bona in hereditate vacantia esse, probari eo ipso, quod vocatis proximioribus, vel interesse aliquod prætendentibus, nullus tamen præfixo termino sui copiam fecerit. Mascard. *de probat. concl. 208.* Marcell. *Cala de mod. art. & prob. n. 1519.* Hinc existimo tantum puniri, vel eorum quorum interest negligentiam, quâ ratione etiam usucaptionis æquitas defenditur, vel contumaciam, quâ de causa etiam olim domini agrorum suorum dominio privabantur, si intra sex menses edictis evocati non fuerint reversi. Perez. *Cod. l. 11. t. 58. n. 16.*

Th. 7. Quod ad alteram quæstionem attinet, notandum, olim quidem bona vacantia quemlibet occupare potuisse, si credendum Bodin. *l. 1. de Republ.* Perez. *Cod. l. 11. t. 58. n. 3. & 15.* postea lege Julia confiscari solita, quadriennio iis præscripto, *l. intra. 10. ff. de divers. & tempor. præscript. l. quidam. 69. §. 1. l. filius familias 114. §. 2. ff. de Leg. 1.* hodiè eo deventum esse, ut qui jurisdictionem, & merum mixtumque Imperium habeant, idem jus sibi arrogent, & bona vacantia in suo territorio

torio sita occupent. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 9. n. pen. & ex eo  
Obrecht. Polit. Bedenck. von verbess. Land und Leut. tit. 12. n.  
2. p. m. 102. add. Lather. d. l. n. 21. & c. 5. n. 10.

Th. 8. Inter effectus (3) hic de sumtibus, eorumque De sumtibus,  
repetitione tradere quædam lubet, ubi notandum, et si sine sum-  
tibus quicquam fieri facilè non possit, iis tamen parcí non tan-  
tum posse, sed & debere. Quomodo autem parcatur sumtibus  
ex parte supra thes. 37. c. præced. indicatum est, sed pluribus  
docet sæpe cit. auth. Disc. Manusc. n. 9, innuens, non parum  
commodi inde naturum, si Comes vel Princeps vice præfector-  
rum, omni loco necessariorum, ed mittat suos renovatores, u-  
trumque munus laturos: namque hos omnia prius annotare,  
& ad renovationem se præparare posse, hos semper præsentes,  
nullis ad abeundum & redeundum sumtibus egere, nec si in  
protocollo confiendo adhuc sint occupati, domini sumtibus  
esse alendos, tandemque, ortis, ut facilè sit fieri, litibus ac jur-  
giis, datâ occasione rem domino ab his posse deferri, nec inter-  
rim opus esse, ut magni sumtus impendantur. Vel deinde  
sumtibus quoque parcí, si, qui postea renovator futurus est, an-  
tea Registratoris munere functus, quædam ad hoc præparaverit.

Th. 9. Verum quis sumtus necessarios aut præsta-  
bit, aut rependet? Sanè Dn. Fritsch. in Tr. de Visitat. Pro-  
vincial. c. ult. §. 22. & seqq. queritur, quod Principes etiam o-  
nera ab ipsis ferenda subditorum plerumque humeris ac loculis  
imponant. Principis officium esse justitiam gratis administra-  
re, & subditos tueri, pro quo beneficio ei tribuatur honor &  
tributum. Verum hoc non obstante, quod ad nostrum casum  
attinet, ad sumtus omnium causâ factos, omnes, nec tantum  
subditos, sed & extraneos, quorum interest, conferre debere,  
persuadet nobis, quod impensæ spectent ad illum, qui & fru-  
ctus rei percipit, arg. l. Vsufructu 7. in fin. ff. de Vsufr. Schneide-  
vvin. ad Instit. §. constituitur 2. de Vsufr. n. 10. & aliàs secun-  
dum naturam sit, ut qui sentit commodum, etiam incommo-  
dum sentiat, c. qui sentit 55. de R. l. in 6. Hinc & in praxi id  
observari animadvertisimus in libellis renovationum, ibi: a uff  
eines jeden interessenten pro rato jährlichen Kosten. & sumtus  
in ponendis lapidibus finalibus communes esse debere, habet  
Oct. d. tr. l. 1. c. 17. n. 46. Kk Th. 10.

Th. 19. (4) Ad effectum quoque hic referenda illa quæstio, quoties instituenda vel repetenda sit renovatio? ubi in hoc quidem conveniunt authores, eam sæpius repeti debere, quò certior inde & melior sit probatio; sed post quot annorum spatum præcisè, illud arbitrio Dominorum relictum. Visitationes agrorum & finium, singulis annis faciendas esse, suadet Dn. Fritsch. *de iur. district. c. 6. th. 1. Schultheiß ordn.* §. 20. & c. 18. th. 2. n. 5. quod etiam in sylvis præcipuè monet Seck. E. F. St. p. 3. c. 3. p. m. 424. Anno quovis 10. aut 12. renovationes librorum repeti debere, jubet Wehner. *I. f. c. vel 10. aut 20. Lindenspür. c. tr. p. m. 36. §. 6.* Et ipse novi, in Alsatiâ anno octavo repetitionem renovationis factam esse.

### *Caput Septimum.*

## **Continens Contraria quædam Renovationum.**

### **THESIS I.**

**P**ugnantia quædam s. contraria renovationum breviter recensere conantibus, occurrit I. magna eorum *negligentia*, qui utilissimum hocce institutum, aut omittunt, aut in longius tempus differunt, aut male instituunt, vid Lindenspür. *c. tr. p. m. 37. n. 8.*

Th. 2. Deinde *negligentia eorum*, per quos institui sollet, præcipuè renovatoris, unde commissi errores, quibus tamen rerum veritas vitiari non debet, *I. illicitas 6. §. 1. ff. de Off. Praefid.* & per errorem nemo debet amittere rem suam *I. si procurator. 35. ff. de A. R. D.*

Th. 3. Porrò *fraudes* cum renovatoris tum testium, ubi notandum dolum unicuique suum, non alteri debere noceare *I. eleganter 7. pr. ff. de dolo.*

Th. 4. Item justa partium *ignorantia*, vel ex justa eatum absentiâ, vel ex omissione citationis facta; hæc enim non videtur permittere, ut quis bonis, à domino territorii occupatis privetur. *I. si quis absentis 5. pr. ff. de O. & A. l. genero 8. ff. de his qui nos. infam.*

Th. 5.

illa  
bi in  
pere,  
rum  
sita-  
hadet  
o. &  
f. E.  
atio-  
t 20.  
anno  
GTE  
38  
llum  
1600  
re-  
ntia,  
gius  
tr. p.  
i so-  
s ta-  
Off.  
ocu-  
ium,  
oce-  
a ea-  
non  
oatis  
e his  
h. g.

Th. 5. Nec non Obscuritas & confusio scripturæ ; Quæ enim ita scripta sunt, ut intelligi non possint, perinde sunt ac si scripta non essent. arg. l. quo tutela 73. §. 3. ff. de R. I. l. 2. ff. de his quæ pro non scr. hab.

Th. 6. Tandem frequentes in renovationibus abusus, quorum ulteriori explicatione ob materiæ amplitudinem, institutique nostri rationem meritò supersedemus, & ad alia progredimur.

## Caput Octavum & Ultimum.

### De quibusdam Affinibus.

#### THESIS I.

Hactenus de Renovationibus Bannorum generalibus, von Bann-Erneuerungen / nunc aliud renovationum se offert genus, agrorum sc. renovationes speciales, Güitterbereinungen ; quæ ad instantiam & petitionem domini honorum aut possessoris plerunque fieri consueverunt ; nimirum, quando v. g. post renovationem universalem diu desideratam, nec dum institutam, quisquam motus timore, ne variatis sæpius affinium nominibus, post longum tempus, antiqua eius, quam tenet, descriptione, ei incommodum aliquod pariat, bona sua ipse renovari & describi curet. Cujus rei exempla passim sunt obvia, testantibus talium renovationum libellis. Has autem, licet in multis cum renovationibus Bañorum convenientes, utpote publicâ quoq; authoritate, exhibitis testibus, factâ oculari inspectione, & descriptione &c. fieri solitas, ab illis tamen differre, constabit, si perpendamus, (1) illas à territoriorum, has à fundorum dominis institui, (2) in illis universa bona, in his, vel plures quidem, plerumque tamen hinc inde sparsos, vel etiam unum agrum renovari, (3) illas ad publicum, has ad privatum commodum vergere, (4) nec hic, licet de bonis quibusdam nihil sit probatum, illa caduca fieri ; cum unius factum alterius juri præiudicium inferre non debeat, arg. l. coh ereditibus 17. pr. C. fam. ercisc. Præterea, licet etiam harum renovationum libellis sua in probando vis non desit, observavi tamen sæpè iis tales, aut similes adjici solere clausulas : doch mit diesem Beding und vorbehalt / da über kurz oder lang jemand fâme/der über jemahd bemeldter erneuerter Stück und Güitter / eines oder mehr bessern

AK  
TK/1454

Schein und Gerechtigkeit / dann Unſ ſezund bewußt uſſlegen / und beweislich darthun kündt / daß alſdann/ohnangesehen ſolcher Erneuerung/iedermänniglichen ſein rechtmäßiger Anspruch hierdurch unbenommen: ſondern in alle weg vorbehalten ſein ſolle. *rc.* quarum quis ſit effectus B. Lectoris judicio relinquimus.


Th. 2. Sunt & alia, quæ non parvam cum renovationibus habent affinitatem , e. g. census, cuius tamen differentia cum ex definitione census , tum ex reliquis, quæ ſub hoc titulo docet C. I. A. ſi cum nostris theſibus confeſtantur, facilè apparebunt. Item actus finium regundorum cauſa institutus , de quo vid. C. I. A. tit. fin. reg. Huc quoque pertinet der Umbgang/ f. Undergang / de quo vide Speid, Specul. voce Undergänger/ Wehner. Obs. Pract. voce Umbgang. Incumbit hoc munus in civitate noſtrâ Collegio der Almendherren / octo viris constanti, quorum unus debet eſſe ex Nobilibus , (von den Conſtofflern/) unus ex XVrorum Collegio , ex Senatoribus unus, unusque ex iis qui triumviratu ærarii olim functi ſunt. His addi debent præfectus mecenariorum publicorum , aliusque ex honestis, harumq; rerum peritis civibus, tandemq; duo reipublicæ architecti, alter tignarius, alter cœmentarius. Et hi juncto auctuari & nuncio , tam intra, quam extra civitatem vias , lapides terminales , & finales , & id genus alia, quæcunque ſub voce Almend (de quâ vid. Speidel. Spec. & Befold. Thesaur. pract.) comprehenduntur , recognofcunt, reſtituunt , & de novo deſcribunt. vid. Ordnung der Almendherz. Item referenda huc Registratura, de quâvidendus Jacobus à Rammingen ; item Aebtlinß anſührung zur Registratur-Kunſt.

Sed ne propositi modum excedamus, labori hic noſtro colopho- nem imponimus , benevoli Lectoris favori nos, noſtraque ſtudia commendantes, eumque ex verſu Horatiano roga[n]tes, ut ſi quid noverit hisce rectius , candidus impertiatur, ſi non, his nobiscum utatur. Fatemur enim ingenuè, nos erroribus forte commiſſis, (quos penitus non committere divinitatis magis eſſe , quam humanitatis, cum Imperatore noſtro faſeri oportet) tam firmiter fixos non inha- rere, quin

*Moniti meliora ſequamur.*

S. D. G.

F I N I S.



STREM  
E ET LIBERÆ  
IMPERII REIPUBLICÆ  
ORATENSIS  
ISTRATUM,  
ROS  
PERQVAM STRENVOS,  
OBILISSIMOS, AMPLIS-  
ULTISSIMOS, PRU-  
TISSIMOS,  
EPATRES  
GNOS, PIOS, FELICES,  
ue ingenii sui fœtu,  
anquam  
indice,  
orum documento,  
quii teste,  
humillimè veneratur  
Cliens subjectissimus  
ericus Wieger / Argentor.